



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 16. Cuncta necessaria ad cædam a Guisio Duce parata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

lus quicquam moliretur, saltem regii Sæcul. XVI.  
 præsidij reverentia coerceri posset, An- A.C. 1572.  
 degavensis Dux tum præsens eidem re-  
 spondit: „ad vestra vota paratus est  
 Cossenius unacum quinquaginta sclope-  
 tariis: cum autem hic idem Cossenius  
 Architalasso summopere infensus esset,  
 Delegatus reposuit, satellites ad cohi-  
 bendum populum sufficere: „nequa-  
 quam, inquietab commotiori animo  
 „Rex, assume tibi Cossenium; eo enim  
 „meliorem feligere haud poteris..” Igi-  
 tur Delegatus recedens hanc rem sibi  
 fat suspectam videri Thoreo Montmo-  
 rentii Marescalli fratri, qui huic collo-  
 quio intererat, declarabat: nihilomi-  
 nus Regis jussis ad effectum deductis  
 Cossenius paucis post horis cum suis  
 quinquaginta Sclopetařiis Colinii ædes  
 custodiebat, duasque viciniores offici-  
 nas pro statione feligebat.]

## §. XVI.

*Cuncta necessaria ad cædem a Guisio  
 Duce parata.*

Guisius Dux, cui tota rei exequendæ  
 cura fuit demandata, fero ad no-  
 etis initium Helvetiorum Duces, ac  
 quosdam Gallicarum cohortum Tribu-  
 nos, qui urbem ingressi erant, accerse-  
 bat, eisque palam hæc declarabat:  
 „venit hora, qua ex Regis mandato de-

B 3                    „viro

Sæcul. XVI. „viro Deo, & hominibus inviso, atque  
 A.C. 1572. „adeo tota perduellum factio[n]e pænæ  
 „fumentur; nam nunc tenetur fera cas-  
 „sibus irretita, hinc opera danda est, ne  
 „elabatur: non ergo occasio[n]i tam op-  
 „portunæ, ubi glorio[sissimos] de regni ho-  
 „stibus triumphos reportare poteritis, de-  
 „fatis, dum certe magis celebrem trium-  
 „phum superioribus bellis omnibus fusio[n]e  
 „regiorum sanguine nunquam retulisti:  
 „victoria autem facilis est, & opima  
 „spolia proponuntur, ac rei bene gestæ  
 „præmia citra sanquinem consequi po-  
 „testis. „ Juxta hæc consilia Helvetii cir-  
 ca Luparam collocantur, quibus adjun-  
 guntur quædam Gallorum cohortes,  
 addito mandato, ut darent operam, ne  
 quis ex Navarræ Regis, & Condæi  
 Principis familia Luparano Palatio egre-  
 deretur, Cossenio autem commissa est  
 ædium Colinii custodia, atque quin-  
 quaginta Sclopetariorum, ac quorum-  
 dam peditum in vicinis ædibus excu-  
 bantium manus ei attributa, ne quis  
 inde elaberetur. Rebus ita composi-  
 tis, Guisius Dux Joannem Charronium  
 vectigalium curiæ Præsidem, qui nu-  
 per in locum Marcelli Præfectus mer-  
 catorum fuerat creatus, ad se vocat,  
 mandatque, ut decurionibus significet,  
 quatenus suos in armis esse juberent:  
 ipsi vero in Prætorio urbis media nocte  
 ad sint,

adsint, ut, quid opus factu sit, intelligant: insuper Marcellum, qui Mercatorum Praefectura functus erat, Dux accersiri jussit, eumque de arrepto consilio certiorem fecit, minime dubius, quin non, & ipse ad hujus propositi executionem sua auctoritate concurreret, cum aliunde, quamvis suam dignitatem abdicasset, adhuc tamen populo percarus esset.

Sæcul. XVI.A.C.1572.

## §. XVII.

*Conventus in urbis Prætorio super hac re habitus.*

Cum igitur præstituta hora una omnes *Thuan. l. c.*  
*Dupleix hist.*  
*de France t.*  
*3. p. 789.*

Rectores, ac vicorum Magistrorum, Commissarii, aliquique in urbis Prætorio convernent, tunc Charronius, quem nonnulli Guisianæ familie addicti, atque inter eos Entragins, ac Puygollartius comitabantur, ad congregatos ita effatus est: „Regis voluntas petit, ut cunctis ad Colinium, & alios perduelles exscindendos cunctosque in urbiscarceribus detentos armorum potestas fiat: igitur sedulo curetis, ut nemini paratur, nec in ulla Provincia impii homines celentur: sic vult, sic jubet Rex, qui & provisurus est, ut ceteræ Regni urbes Parisiensium exemplum statim sequantur: impetus vero faciendi signum erit, dum horologii Palatini tintin-

B 4

,tin-